



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.23. Admonitio ad Episcopos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

rum; etiamsi vero *Judex Sæcularis ad-* Sæculum VI.
versaretur, in tali causa cedere te non o- A. C. 599.
 porteret. Cujus generis sint magnæ
 pœnæ, de quibus hic S. Gregorius loqui-
 tur, nescimus, id tamen perspectum fit,
 non nullos certorum criminum reos in
 carcerem ab Episcopis missos fuisse.

§. XXIII.

Admonitio ad Episcopos.

Cum ad S. Gregorium fuisset delatum, *VII. ep. 7.*
 Concilium Constantinopoli brevi *ind. 2.*
 esse convocandum, veritus, ne Cyriacus
 Episcopus hac occasione uti vellet ad
 conciliandam usurpato Episcopi Oecu-
 menici Titulo Auctoritatem, ad præci-
 puos Episcopos huic Concilio interfutu-
 ros, nempe Eusebium Theffalonicensem,
 Urbicum Dyrrachiensem, Andream Ni-
 copolitanum, Joannem Corinthium,
 Joannem Justinianensem, Joannem Cre-
 tensensem, Joannem Larissæum, omnes Me-
 tropolitas, & plures alios Epistolas dedit.
 In illis originem repetens illius ambitio-
 nis, quæ Joannem Jejunatorem afflave-
 rat, jungit: *Exhortor & suadeo, ne*
quis vestrum hujus nominis usurpatio-
nem suo consensu approbet, ullum Scri-
ptum, in quo hoc nomen legatur, reci-
piat, aut sua subscriptione confirmet. Nam
si aliquis Episcopus est Oecumenicus, ut
ipse intendit, sequitur, vos non esse Epis-
copos.

Sæculum VI. pos. *Præterea certiores facti sumus, con-*
A.C. 599. *Constantinopolim fuisse vocatos; ideo, ne*
quis occasione hujus Concilii vos fallat, quamvis sine Sacræ Sedis Auctoritate ni-
hil firmum, validumve decerni possit, moneo vos, & coram Deo obtestor, ne
solicitationibus, aut blanditiis, aut pro-
missis, aut minis quorumcunque hominum
cedatis, sed Judicium æterni Judicis in
te oculos mentis vestræ habeatis, & tan-
quam Pastores boni vigore Episcopali for-
tissimum pectus illi objiciatis, qui vult Ec-
clesiam dividere. Quamvis autem de isto
Titulo invidiæ pleno nulla amplius men-
tio renovaretur, sollicitè cavete, ne quid-
quam in præjudicium cujuscunque Sedis
aut Personæ attentetur, aut Canones in
quocunque violentur. Si enim quisquam
vestrum Canones læserit, aut iis, quæ in
hac Epistola continentur, non obtemper-
averit, a S. Petri Communione excludetur.
Hæc Epistola Indictione secunda anno
599. data est.

§. XXIV.

Elemosynæ Constantinopoli Romæ
transmissæ.

VII. epist. 2. **I**ndictione tertia ineunte seu mense Se-
 ptembri ejusdem anni 599. S. Grego-
 rius litteras ad Mauritium Imperatorem
 dedit, gratias agens pro libris auri tri-
 ginta Civitatis Romanæ pauperibus
 trans-